

2 an)

CHRONI- CON MARCEL- LINI COMITIS. V. C.

Quod rerum Orient. diuin Historiam Eusebij et
diui Hieronymi, usque ad Iustiniani
tempora prosequitur, nunc pri-
mum in lucem editum.



PARISIIS,
Excudebat Christianus Wechelus, sub Pe-
gaso, in vico Bellouacensi, Anno
M. D. XLVI.

CHRONI CON MARCEL

1516

PUBLISHE

London: Printed by Thomas Bowler for W. Copland, 1516.

M. D. XIAI

REVERENDO ET EX-
IMIO VIRO D. GERARDO
ab Hamericourt, Monasterii. S. Bertini
Abbati, Antonius Sconhouius
S. P. D.

Chronicon hoc Marcellini Comitis, quod
diutius apud me latere, amici quidam nō
passi sunt, ideo tibi ornatissime Præful
dedicare volui, quod eruditione bonarum lite-
rarum cæteros ferè nostræ regionis antistites
præcedas, valdeq; deleæteris historia, quæ haud
dubie vitæ magistra est ut inquit ille: Neq; ve-
rò dubitau quin illa tibi longè gratissima futu-
ra esset historia, quæ rerum in ecclesia nostra
Christianæ gestarum in Oriente (cuius orbis
partis mira est Latinorum apud nos scriptorum
inopia) breuem narrationē continet. Quis au-
tem is fuerit Marcellinus nondum mihi com-
perire licuit, non videtur idem fuisse, cui Am-
mianus prænomen est, qui vno & triginta libris
à principatu Cæsaris Neruæ usque ad obitum
Valentis, tam Orientis quam Occidentis res
gestas à Romanis, descripsit: Nā ætate ducentis
penè annis distare videntur, siquidē Ammia-
nus sub Valente, noster verò sub Iustiniano Im-
peratore vixit. Cæterum hic se initio operis cla-
rissimum fuisse testatur, Comitis (vt opinor) no-

A ii mine,

mine, fuerunt enim Comites omnes serè clarissimi habitu Iustiniani ætate. Itaque adiectus (ut apparet) huic fuit Marcellino, dignitatis atque officii titulus ut eo à Marcellino Ammiano distinguatur. Prosequitur autem is auctor Eusebi, diviisque Hieronymi Chronicon, quod licet faciat & Prosper Aquitanicus eo paulo antiquior, tamen multò plura, præsertim rerum Orientalium, iste habet: ut hac in parte illi longè præferendus sit. Nec posthac magna parte operis vtriusq; Palmerii, aut Hermanni Contrarii (qui Prospero continentem historiam annexuerunt) opus erit, cui Marcellinus noster erit. Multa sunt in eo quæ ab aliis Chronographis discrepant, sed ea maluimus doctorum viorum iudicio relinquere, quam nostro temerè censere. Vale Brugis, Nonis

Augusti, Anno à nato Christo

Milles. quadragesimo
quinto.

Chronicon

MARCELLINI COMITIS, V. C.



O S T mirandum opus quod à mun
di fabria usque in Constantinū prin
apem Eusebius Cæsariensis , huius
seculi originem, tempora, annos, re
gna, uirtutesq; mortalium, & uaria
rum artium repertores , omniumq; penè prouinciar
um monumenta commemorans Græco edidit stylo,
noster Hieronymus transluxit in Latinum , & usque
in Valentem Cæsarem Romano adiecit eloquio. Igi
tur uterq; huius operis auctor V. & DLXXXIII.
annorum hunc mundum tunc fore miro computauit
eloquio. Ego uero uir clarissimus Marcellinus Co
mes, simplici duntaxat computatione Orientale tan
tum secutus imperium, per indictiones perq; consules
infra scriptos, centum & XI : annos, à septima ui
deli: et indictione & à Consulatu Ausonij & Olibrii
(quibus etiam Coss. Theodosius Magnus creatus est
Imperator) enumerans, & usque in consulatum Ma
gni Ausonis, id est , indictionis undecimæ colligens
eorum auctořū operi subrogauit, itemq; alios X VII
annos, à consulatu Augusti, i. usq; in consulatu Iusti

A ij. nian

6 MARCELLINI COMITIS

niani Augusti IIII. suffeci: id sunt simul anni CLVI.
meoq; rustico operi supposui.

Indict. viij. Ausonio & Olibrio Coss.

THeodosius Hispanus Italicae domini Traiani ci-
uitatis, & Gratiano Augusto apud Syrmium
XXXVIII. post Valentis interitum imperator
creatus est, Orientalem duntaxat Remp. recturus, uir
admodum religiosus & catholicae ecclesiae propa-
gator, omnibusq; Orientalib. principibus præponen-
dus, nisi quod Martianum tertium post se principem
imitatorem habuerit, & duos reliquerit filios. Ala-
nos, Hunos, Gothos, Getas, Scythas magnis multisq;
prælijs uicit.

Indict. viij. Oratiano Aug. V. &

Theodosio Aug. i. Coss.

Gregorius Nazianzenus fauendissimus Christi
sacerdos & Hieronymi nostri præceptor, ec-
clesia nostra apud Bisantium capta ab Arria-
nis, plebem catholicam in beatæ Anastasiæ orato-
rio catholica quotidie allocutione cōtinuit, sēpe nāq;
prauorum conuitijs insectatus est, sed Christi gratia
præditus usque ad id tempus, quo eadem ecclesia sui
præsentia nostris est reddita perfidijs obstitit Ar-
rianis: Nam his Coss. Theodosius Magnus postquā
de Scythis, Getibus triumphauit, expulsis continuo
ab Orthodoxorum ecclesia Arrianis, qui eam ferè
per

CHRONICON.

7

per XL. annos sub Arrianis Imperator. tenuerant,
nostris Catholicis Orthodoxijs restituit Imperator
mense Decembri.

Indict. ix. Eucherio & Syagrio Coff.

Sanctis. C. L. patribus urbe Augusta congrega-
tis aduersus Maædonium in spiritum sanctū nau-
fragantem, ab iisdem episcopis sancta Synodus con-
firmata est, Damaso scilicet sedem beati Petri tenen-
te: Constantinopolin uero per Timotheum Alexan-
drinum, perq; Meletium Anthiocenum & Cyrillum
Hierusalem episcopos, Nectario ex Pagano
protinus baptisato, & in prefata Synodo pontifice
ordinato. Athanaricus rex Gothorū cum quo Theo-
dosius Imp. fœdus pepigerat mense Ianuario uenit,
eodemq; mense morbo perijt.

Indict. x. Antonio & Syagrio Coff.

Domi Valentiniani Magni adauer Theodosius
princeps ab Italia reportatum, apud Comitatū
regio in sepulchro recondidit. Eodem anno uniuersa
ges Gothorū Athanarico rege suo defuncto, Roma-
no sese imperio dedit. Mense octobri Damasus Roma-
ne ecclesiæ (exæptis Liberio & Fælice) XXXV.
episcopus, anno pontificatus sui XVIII. in Domino
requieuit.

Indict. xi. Merobaude. II. & Saturnino Coff.

A iiiij Roma-

8 MARCELLINI COMITIS

Romanæ ecclesiæ Siricius xxxvi. antistes factus,
R uixit annos xv. Archadius à patre suo Theodo-
dosio Aug. consors imperij septimo ab urbe millia-
rio coronatus est. Gratianus imp. Maximi tyranni
dolo apud Lugdunū occisus est viij. Cal. Septembris.

Indict. xiiij. Riconiere & Clearcho Coss.

Legati Persarum Constantinopolim aduenerunt
pacem à Theodosio princeps postulantes. Et
eodem tempore Honorius alter Theodosio natus est
filius mense Septembri.

Indict. xiiiij. Archadio & Bautone Coss.

Theodosius imp. aliquantas sœnas nationes per
legatos suos inuitè imperio subdidit.

Indict. xiiij. Honorio & Euodio Coss.

INvasam princeps Theodosius ab hostibus Tra-
chiam vindicauit, victorq; cum Archadio filio suo
urbem ingressus est: Galla Theodosij regis altera
uxor his coss. Constantinopolim uenit.

Indict. xv. Valentiniano III. & Eutropio Coss.

Archadius Cæsar cum patre suo Theodosio sua
quinquennalia celebravit. Theodosius Italianus
contra Maximum tyrannum pugnaturus accessit.

Indict. i. Theodosio Aug. II. & Cynegio Coss.

Valen-

CHRONICON.

Valentianus Gratiani frater & Theodosius
in pp. Maximum tyranum & vi torem filius
eius apud Aquilegian rebellantem uicerunt. Andra-
gatius Comes morte Maximi cognita præcipitem
scese è naui in undas dedit ac suffocatus est.

Indict.ij.Timago & Promotio Coss.

Theodosius imp. cum Honorio si. io suo Roman
mense Iunio introiuit. Congiarium Rom. pop.
tribuit, urbe q; egressus est Cal. Septembris. Per idem
tempas grando crepitans per biduum continuū pro
pluuiā cedidit pecorum arborumq; perniaes. Stella à
Septentrione galliano surgens & in modum Lu-
feri ardens potius quam splendens apparuit, uicesi-
moq; die esse desuit. Templum Serapidis apud Ale-
xandriam Theodosij imp. edicto solutum est.

Indict.iiij. Valentianu Aug. iiij. & Neoterio Coss.

Signum in cœlo quasi columna pendens ardensq;
per dies xxx. apparuit. Gallia Theodosij uxor ab
Archadio priuigno suo sepulta est. Obeliscus in cir-
co positus est, columna haud longè ab ecclesia con-
stituta que argenteam Theodosij imaginis statuan
ferens hactenus contemplatur.

Indict.iiij. Tatano & Symmacho Coss.

Theodosius imp. Italia de cœdens Constantinopo-
lim re meauit. Valentianus imp. apud Viennā
dolo

10 MARCELLINI COMITIS

dolo Arbogastis strangulatus interiit Idib. Martij. Eugenius Arbogastis fauore confisus imperium sibi met usurpauit.

Indict.v. Archadio & Rufino Coss.

Arbogastes Valentino Imp. extincto, & Euge-
nio Cæsare facto, innumer as inuictissimasq; co-
pias undiq; in Gallias contraxit, Occidentale impe-
rium utpote sibi vindicaturus uir barbarus, animo, cō-
filio, manu, audacia, potentiaq; nimius. Contraxit au-
tem undique innumer as copias uel Romanorum pre-
sidijs uel Barbarorū auxilijs, alibi potestate, alibi co-
gnatione subnixus. Vsque hunc xiij. Theodosij im-
perij annum, beatus Hieronymus post asensionem
Domini N.Iesu Christi à Petro Apostolo inapiens
& in semetipsum desinens C.xxxv. uirorū illustriū
ecclesiastica contra Forphyrium & Julianum Augu-
stum uolumina descripsit apud Bethleem oppidum
degens, ubi & Monasterium sibi condidit, & alia
multa ecclesiastica literis quoque Hebraicis edo-
ctus scripsit, finemq; uitæ suæ admodum senex fecit,
ibiq; sepultus est, Catholicis quidem inexpugnabilis
ecclesiæ turbis, hæreticis autē omnibus infatigabi-
lis hostis, tam proposito uitæ suæ quam librorum &
se editorum assertionibus depugnans.

H Indict.vi. Theodosio iij. & Abundantio Coss.
Onorium pater suus Theodosius in eodem lo-
co quo

CHRONICON.

eo quo fratrem eius Archadium Cæsarem fecit, id est
septimo ab urbe Regia millario: Tunc quippe hora
dicii tertia tenebrae factæ sunt.

Indict. viij. Archadio iiiij. & Honorio Coss.

THeodosius Augustus assumpto Honorio Cæ-
sare, eodemq; filio contra Arbogasten qui Eu-
genium tyrannum Imperatorem facere natus est, ite-
rum properauit, bello commisso Eugenius uictus at-
que captus interfactusq; est, Arbogastes sua se manus
perculit. Terremotu mense Septembrio in Nouem-
brium continuo imminentia, aliquantæ Europæ regio-
nes quassatae sunt. Thermæ Archadianæ ex condito-
ris sui nomine nomen acceperunt.

Indict. viij. Olibrio & Probino Coss.

THeodosius Magnus apud Mediolanū uita de-
cessit, Imperauit annos xvij. Corpus eius eodem
anno Constantinopolim allatum est, atque sepultum.
Archadius & Honorius Germani, utrumque impe-
rium diuisis tantum sedibus tenere cœperunt. Rusi-
nus clam Archadio prinapi insidias tendens, Ala-
rychum Gothorum regem missis ei clam pecunij in-
festum Reip. fecit, & in Græciam misit. Porro dete-
cto dolo suo Rusinus ab Italias militibus, olim cum
Cathyna Comite Archadio missis, ante portas urbis
merito trucidatus est: Caput eius manusq; dextra per
totam Constantinopolim demonstrata.

Indict. ix.

12 MARCELLINI COMITIS

Indict. ix. Archadio. iij. & Honorio. iij. Coss.

R utini uxor & filia exulant. Entropius scrip-
latij cubicularius omnes opes arripuit, auari-
tiamq; transgressus est. Terræmotus per dies plu-
rimos fuit, Cœlumq; ardere uisum est.

H Indict. x. Cæsario & Attico Coss.
Is consulibus Flacta Archadio nata est filia.

Indict. xi. Honorio iij. & Euthy-
ciano Coss.

R omanæ ecclesiæ Anastasius. xxxvij. episcopus
ordinatus uixit annos. iij. Ambrosius Mediola-
nensis, uirtutu episcopus sanctus, arx f. dei, orator Ca-
tholicus ad Ch. istu Dominum cõmigravit. Ioannes
Anthiocie natus, ibi q; à Meletio eiusdem ciuitatis e-
piscopo codemq; confessore, lector ecclesiæ ordina-
tus per singulos officij gradus ascendit ubi per quin
quennium continuum Diaconus multos diuinosq;
e-
dedit libros. Presbyter quoque factus per. xij. annos
plures confecit. Tanta dehinc opinione ubique me-
ritò propagatus, Constantinoli in locum Nectarij
pontifex subiectus est, ubi plurima dulciaq; diuina-
rum scripturarum uolumina suo operi Catholico ad-
didit, hosq; episcopos habuit inimicos: Theophilum
Alexandrinum, Epiphanium Cyprium, Acacium Be-
roensem Antiochum Ptolomensem, Euerianum Ga-
balensem & Seuerianum Caldensem. Gildo Comes
idemq;

CHRONICON

13

idemq; paganus (qui mortuo Thedosio principe Africæ præerat, dum Archadio & Honorio adhuc pueris regnantibus inuidet Africamq; niuitur obtinere, frater eius Mæzel cognita ciuius uestania, relieti; que duobus apud Africam filiis in Italiam remeat: Gildo utrumque fratris filium dolo trucidat. Mæzel fratris scelere cognito cum quinque milibus suorum contra Gildonem cum. lxx. milibus armatorum sibimet obuiantem infestus accedit, Gildo nemoq; parricidam ieiunijs & orationibus suis, imo beati Ambrosij in somnis admonitu, auxiliantib. fugauit: Gildo fugiens propria se manu strangulauit, sicq; Mæzel sine bello uictoriā meruit ac sine cede uindictan.

Indict. xij. Theodoro & Eutropio Eunicho Coss.

Hic Eutropius omnium Spadonum primus atq; ultimus cōsul fuit: de quo Claudio poëta ait, omnia cesserunt Eunicho consule monstra. Pulcherria Archadio altera filia nata est. Gagana Comes apud Constantinopolim ad preparandū ciuile bellū Barbaros suos occulte admonet, ipse ualeitudinem simulans urbe digreditur, cœpto aduersus baptisatos prælio plurimum hostium cadunt, ceteri fugentes ecclesiæ nostræ succedunt, ibiq; reiecto ecclesiæ culmine iactisq; desuper lapidibus obruuntur.

Indict.

14 MARCELLINI COMITIS

Indict. xiiij. Stilicone & Aureliano Coss.

BEllum nauale contra Gaganam tyrannum inter Cheroniſſum & Helleſpontum geſtum eſt, multitudo ibidem Gothorum cæſa, uel diuersa ſunt. Ga- gana Comes de hoc bello fugiens euafit.

Indict. xiiij. Vincentio & Frauitio Coss.

Caput Gaganæ haſtili præfixum Constantino- polim allatum eſt. Maris Ponti ſuperficies ita gelu frænata eſt, ut per triginta dies ſoluta, tandem glaies iſtar montium per Propontidem ſuperne portata decurreret. Theofius Iunior patre Archadio natus eſt. iij. Idus Apriles.

Indict. xv. Archadio v. & Honorio v. Coss.

Romanæ ecclesiæ Innocentius xxxvij. creatus antiftes, uixit annos xv. Theodosius Iunior in loco, quo pater, patruusq; ſuus Cæſar creatus eſt. Constantinopoli ingens terræ motus fuit.

Indict. i. Theodosio Iuniore & Rumeride Coss.

Marina patre Archadio nata. Eudoxiae Archadij uxor super porphyreticam columnam argentea ſtatua iuxta ecclſiam poſita hactenus fiftit. Ioannem Constantinopolitanae ciuitatis epifcopum, cui ſupradicti ſex antiftites in caſsum æmuli fuere, aliosq; triginta ſibimet epifcopos coſuere, uolente Archadio principe in Cufum oppidum exulem miserunt

runt, eumq; post annum in villam, quæ Comana in re-
gione Pontica dicitur, de exilio in exiliū relegarunt.
Hunc ibidem mortuū religiosa Orthodoxorū plebs
in atrio Basilici episcopi sancti idemq; martyris, in
sonnis admonita in nouum moxq; repertum sepul-
chrum condidit.

Indict. ij. Honorio. vi. & Aristenete Coss.

Ecclesiā Constantinopolitanā flamma ignis
quæ de beati Ioannis throno quondam episcopi
nata fuit subitō conflagravit, uicinamq; ecclesiæ ur-
bis faciē serpens nihilominus exussit. Eudoxia uxor
Archidijs diem obiit.

Indict. iij. Stiliconis. ij. & Anthemio Coss.

Isauri per montem Tauri discursantes ingens di-
spendium Reip. importarunt, quibus Narbazicus
legatus maius continuò rependit incommodum.

Indict. iiiij. Archadio vi. & Probo Coss.

Theodosius Iunior quinquennalia dedit, Radagay-
sus pag. us & Scytha cum ducentis milli-
bus suorum totam Italiam inundauit: Huldin ex Sau-
rus Hunnorum Gothorumq; reges Radagaysum con-
tinuò confecerunt, ipsius capite amputato captiuos
eius singulis aureis distrahentes.

Indict. v. Honorio viij. & Theodosio. ij. Coss.

Cisterna

16 MARCELLINI COMITIS

Osterna maxima iuxta Porphyreticam Constan-
tinii Imperatoris columnam in foro eius sub pla-
teae transitum constructa est.

Indict. vi. Bassus & Philippus Coss.

STILICO Comes, cuius duæ filiæ Maria & Thar-
mantia singulæ uxores Honorij principis fuere,
utraq[ue] tamen uirgo defuncta, spredo Honorij re-
gno, regnum inhians, Alanorum, Sueuorum, Wand-
alorumq[ue] gentes donis pecunijsq[ue] illectas contra re-
gnum Honorij excitauit. Eucherium filium suum pa-
ganum & aduersum Christianos infidias molien-
tem cupiens Cæsarem ordinare, cum eodem Euche-
rio dolo suo detecto occisus est. Romæ in foro pacis
per dies septem terra mugitu dedit. Archadius Imp.
uite finem feat: regnauit post obitum patris sui Theo-
dosij annos xij.

Ind. vii. Honorio. viii. & Theodosio Iuniore. iii. Coss.

Abus Constantinopolim magna exarsit populi
sedilio, panis salicet penuria ingruente.

Indict. viii. Varano solo Coss.

HALARICUS trepidam urbem Romam inuasit, par-
tumq[ue] eius cremauit incendio, sextoq[ue] die quam
ingressus fuerat de prædata urbe egressus est: Placi-
dia Honorij principis sorore abducta, quam postea
Ataulpho proptinquo suo dedit uxorem.

Indict. ix.

CHRONICON.

17

Indict. ix. Theodosio. iiiij. Cos.

Theodosius Iunior decennalia, Honorius Romæ uicennalia dedit. Constantinus apud Gallias iuasit imperium, filiumq; suum ex monacho Cæsarem fecit: ipse apud Arelatum auitatem occiditur. Constans filius eius apud Viennam capite plectitur.

Indict. x. Theodosio. v. & Honorio. ix. Coss.

Pquinus & Sebastianus in Gallijs tyrannidem molientes occisi sunt. Attalus in mari captus atq; Honorio exhibitus truncata manu uitæ relictus est.

Indict. xi. Lucio solo Cos.

Eraclianus Africæ Comes cum septingentis & tribus nullibus nauium ad urbem tendens, mox territus & in fugam uersus: arrepta naui solus Carthaginem rediit, ibi q; illico interfactus est.

Indict. xiij. Constantio & Constante Coss.

Pvlcheria Theodosij soror Augusta appellata est. Valia rex Gothorum facta cum Honorio principe pace, Plaadam sororem eius eidem uiduam reddidit.

Indict. xiiij. Honorio. x. & Theodosio. vi. Coss.

Ecclæsia Constantinopolitana diu dum igni crema ta his coss. restaurata dedicataq; est Attico episcopo tandem regente ecclæsiam. Lucanus presbyter

B ter

18 MARCELLINI COMITIS

ter uir sanctus, cui reuelauit Deus his Coss. locum se-
pulchri & reliquiarū corporis sancti Stephani Mar-
tyris, scripsit ipsam reuelationem Græco sermone ad
omnium ecclesiarum personas.

Indict. xiiij. Theodosio. viij. & Palladio Coss.

Horosius presbyter Hispania generis septē li-
bros historiarum descripsit. Missus ab Augu-
stino episcopo idem Horosius pro disenda anime
ratione ad Hieronymum presbyterū, reliquias beati
Stephani tunc nuper inuentas rediens primus intu-
lit Occidenti. Atticus Constantinopolitanus episco-
pus scripsit ad reginas Archadij Imp. filias de fide
& uirginitate ualde egregium, in quo præueniens
Nestorianum dogma impugnat.

Indict. xv. Honorio. xi. & Constantio Coss.

Tenebrae in die factæ sunt. Cybera Asia ciuitas
aliquantāq; prædia terræmotu demersa. Roma-
nae ecclesiæ Zosimus xxxviiij. episcopus sanctus or-
dinatus uixit annos. iij.

Indict. i. Honorio. xij. & Theodosio viij. Coss.

Plinta Comes idemq; rebellium apud Palæsti-
nam prouinciam auctor delectus est. Defectus so-
lis factus est. Stella ab Oriente per septē menses sur-
gens ardensq; apparuit.

Indict.

CHRONICON.

19

Indict.ij. Monaxio & Plinta Coss.

Valentianus junior apud Rauennā patre Constantio & Placidia matre . vi. Nonas Iulias natus est. Multæ Palæstinae auitates uillaq; terræmo tu collapse. Dominus noster Iesu Christus semper ubique totus, & super montem Oliucti Hierosolymæ uiianum se de nube manifestauit: multæ & tunc utriusque sexus uianarum gentium nationes tam uisu quam auditu perterritæ atque credulæ, sacro Christi fonte ablutæ sunt, omniumq; baptisatorum in tunicas crux Christi salvatoris, diuinitatis natu, extemplo pressa resulfit.

Indict.ijj. Theodosio. ix. & Constantio. ijj. Coss.

Romanæ ecclesiæ Bonifacius. xl. episcopus sanctus ordinatus, uixit annis tribus. In Oriente tumultum milites exatarunt, du. toremq; suum Maximinum nomine extinxerunt. In Perside in Christianos persecutio deseuit.

Indict. ijj. Eustacio &
Agricola Coss.

Theodosius Eudochiam Mæcham duxit, Archadio patri suo in foro eius super immanem columnam, ingentem statuam idem Theodosius dedicauit. Cisterna Aetij confracta est. Romani cum Persis conflixere.

al. Mæth

B ij Indict.

Indict. v. Honorio. xiiij. & Theodosio. xi. Coss.

Theodosius imp. Eudoxiam filiā genuit. iiij. Tricennalia Honorij, Maximus tyrannus & Iouinus ferro uicti, abducti de Hispanijs atque interfecti sunt. Hunni Trachiam uastauerūt. Persæ cum Romanis pacem pepigere.

Indict. vi. Asclepiodoto & Mariano Coss.

Cælestinus Romane ecclesie. xli. Antistes creatus est, uixit annis ix. Euagrius scripsit alterationē Iudæi Simonis & Theophili Christiani, quæ penè omnibus nota est. Terræmotus multis in locis fuit, & frugum inedia subsecuta. Philippus & Salustius philosophi morbo perierunt, stella sepe ardente crinita Honorius Imp. fatale munus impleuit.

Indict. viij. Victore & Castino Coss.

PLacidia mater Valentiniani Augustanæ nuncupata est. Valentinianus Cæsar creatus Theodosij imp. Eudoxiam filiam sibi met deponauit. Ioannes regnum occidentale Honorio defuncto inuasit.

Indict. viij. Theodosio. xi. & Valentiniano Coss.

Svprafatus Ioannes dolo potius Ardaburis & Asparis quam uirtute occiditur. Valentinianus Junior apud Rauennam factus est Imp.

Indict. ix. Theodosio. xij. & Valentiniano. ii. Coss.

Sisinnius

Isinnius uir sancte simplicitatis & simplicis sanctitatis Constantinopolitanus episcopus factus est.

Indict. x. Hiero & Ardabure Coss.

Pannone que per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptae sunt. Thermæ Theodosianæ dedicatæ.

Indict. xi. Fœlice & Tauro Coss.

Nestorius Antiochiae natus, uir satis quidem eloquentiae, sapientiae uero parum habens, Constantinopolitanus admodum admittentibus ex presbytero episcopus sanctus ordinatus est. Beatisimi Ioannis episcopi sancti dudum episcoporum exul, atque apud Comitatum cœpit memoria celebrari mensis septembris. xxvi.

Indict. xiiij. Florentio & Dionysio Coss.

Orthodoxi nostri Macedonianorum ecclesia extra muros urbis positam abstulerunt, quoniam idem Macedoniani Antonium Germis Catholicum episcopum sanctum interfecerunt. Beatisimus Augustinus Hippensis ecclesie elegantisimus Christi sacerdos doctorq; p̄eapuuus morte placida quieuit.

Indict. xiiij. Thedosio. xiiij. & Valentini niano. iij. Coss.

B iij Theo-

22 MARCELLINI COMITIS

THeodosius imp. triennalia gesit. Felix apud Rauennam occiditur. Cælestinus Romanæ aræ pontifex Nestorio prauitatis episcopo. per epistolam suam datis eidem. x. dierum inducijs, uel pœnitenti ueniam uel dissentienti damnatione denunciat. Idem Nestorius ecclesiæ Constantinopolitanæ perfidus aristes (à quo & Nestoria perfidia pullulat) apud Ephesum ducentorum sanctorum patrum in Synodo condemnatus est. Cælestino Cyrillum ei Alexandrina ciuitatis episcopum pro tempore uicarium deuincit, in locum Nestorij Maximianus episcopus est subrogatus.

Indict. xiiij. Antiocho & Basso Coss.

Flacilla Theodosij Augusti filia extreum spiritum fudit. Barbari urbe Augusta enutriti ad ecclesiam nostram hostili ritu confluunt: ignem in ecclesiam ad comburendum altare dum infesti iaciunt, inuicem sese, resistente Deo, trucidant. Hoc tempore dum ad horrea publica Theodosius processum celebrat imp. tritia in plebem ingruente penuria, ab Orientis populo lapidibus impetitus est.

Indict. xv. Valerio & Actio Coss.

Romanæ ecclesiæ Xistus. xlj. episcopus ordinatus uixit annis. viij. Plaadie matris Valentiniani imp. instinctu ingens bellum inter Bonifacij & Aetium Patricium gestum est. Actius longiore Bonifacij telo

CHRONICON.

23

telo pridic sibi preparato, Bonifacium congregidentem uulnerauit illæsus: tertioq; mense Bonifacius uulnere quo sauciatus fuerat emoritur, Pelagiam uxorem suam ualde loquacem, nulli alteri nisi Actio ut nuberet exhortans.

Indict.i. Theodosio.xvij. & Maximo Coss.

Maxima urbis Regiae pars Septentrionalis per tres dies continuos incensa, collapsaq; est mensa Augusto.

Indict.ii. Ariobindo & Aspare Coss.

Honoria Valentiniani imp. soror ab Eugenio procuratore suo stuprata concepit, palatioq; expulsa, Theodosio principi de Italia transmissa est, male.n.contra Occidentalem remp. cogitabat.

Indict.ijj. Theodosio.xv. & Valentianio. iiiij. Coss.

Forum Theodosij Imp. in loco qui Helianæ dicitur edificatum est. Sebastianus Bonifacij quondam patricij gener urbe Augusta fugit, atque in Africa interemptus est.

Indict.ijj. Isidoro & Senatore Coss.

Theodosius Imp. Cyzicū ciuitatem nauibus petit, multaq; eidem ciuitati munificentia prestat, urbem Augustam renauigavit.

al. Cytica

Al. præst

tit, urbē A

gustā rej

ravit.

B ijij Indict.

24 MARCELLINI COMITIS

Indict.v. Aetio & Sigibuldo Coss.

V Alentinianus Imp. Roma digressus est, ad copulandam sibi in matrimonium Eudoxiam Theodosij principis filiam quam dudum despousauerat. Constantinopolim aduenit, eaque sibi nupta apud Thessalonicam, Italiam repetens hyemauit.

Indict.vi. Theodosio.xvi. & Fausto Coss.

C Ontradis praedo cum pyratis suisq; comitibus captus, interfectusq; est. Reliquiae beatissimi Ioannis Augustae urbis quondam episcopi eidem redditæ ciuitati, ibiq; sepultæ mense Ianuar. die xxvij. Valentinianus Imp. cum Eudoxia uxore Ravennam ingressus est.

Indict.vij. Theodosio.xvij. & Festo Coss.

T Heodosius Imp. octava quinquennalia edidit. Eudoxia uxor Theodosij principis ab Hierosolymis urbem Regiam remeauit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias que in basilica S. Laurentij posita uenerantur secū deferens. Hoc tempore Genesicus rex Vandalorum Africam prouinciam Carthaginemq; metropolim cum suis satellitibus occupauit. x. Cal. Nouemb.

Indict.viii. Valentiniiano. v. & Anatolio Coss.

P Aulinus magister officiorum in Cæsarea Cappadoce, iubente Theodosio Romane ecclesie

Leo

CHRONICON.

25

Leo.xlviii.papa creatus uixit annis.xxi.

Indict.ix.Cyro solo Cos.

PENSE, Sarraeni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis
egredi Romanorum sola uastarunt. Misericordia sunt
contra hos Anatolius & Aspari magistri militiae,
pacemque cum eis unius anni fecerunt. Ioannes natio-
ne Vuandalus magisterque militiae Arnegyfli fraude
in Trachia interemptus est. Hunnorum reges cum nu-
merosis suorum milibus in Illyricum irruerunt: Nai-
sum, Ingidunum aliasque ciuitates, oppidaque Illyria plus
rima exciderunt.

Indict.x.Eudoxio & Dioscoro Coss.

S Tella que crinita dicitur per plurimum tempus
ardens apparuit. Blaedla & Attila fratres mul-
tarumque gentium reges Illyricum Trachiamque depo-
pulati sunt.

Indict.xi.Maximo.ij.& Paterio Coss.

H Is consulibus tanta nix cecidit ut per sex men-
ses uix liquefcere potuerit, multa hominum &
animalium frigoris rigore confecta perie-
runt. Theodosius Imp. ex Asiana expeditione urbem
Regiam rediit. Thermarum que Achilleae dicantur
Enchaniæ factæ.

Indict.xii.Theodosio.xvij.& Albino Coss.

Theo-

26 MARCELLINI COMITIS

THeodosius princeps nona quinquennalia dedit:
Archadia soror Theodosij uiuendi finem fecit:
Aliquanta Bithyniae oppida atque prædia continua-
rum ui longa pluviarum, & fluuiorum inundatione
crescentium sublapsa dissolutaque perierunt. Seuerum
presbyterum & Ioannem Diaconum Eudoxia reginæ
apud Heliam urbē ministrantes, missus ab Imp. Theo-
dosius Saturninus Comes domesticorum occidit: Eu-
doxia nescio quo excitata dolore Saturninū proti-
nus obtruncavit, statimque mariti Imp. nutu regijs splo-
liata ministris, apud Heliam remansit moritura.

præBla
Bla
p.
Dia
usBebla

Indict. xiiij. Valentianio. vi. & Nomo Coss.
Bella rex Hunnorū Attilæ fratri sui insidijs in-
terimitur. Apud Bysantiū populari orta in Cir-
co seditione multi sese inuicem occiderunt, multaque
extrinsecus hominū peccatumque corpora perierunt.

Indict. xiiij. Synnachio. viij. & Aetio. iiij. Coss.
His consulibus magna fames Constantinopolim
inuasit, pestisque illico subsecuta. Templum Re-
giae auitatis igne crematum.

Indict. xv. Ardabure & Callepio Coss.
Ingenti terræmotu per Locaria imminentे plurimæ
turbes, Augustæ muri receti adhuc ædificatione cō-
structi, cum. lvij. turribus corruerunt. Saxa quoque
ingentia in foro Tauri dudum super sese in ædificatio-
nem posita,

posita, statuēq; plurimæ sine ullius scilicet laſione collapse sunt, plurimis nihilominus ciuitatibus collapsis, famæ, et aëris pestifer odor multa millia hominum iumentorumq; delevit: ingens bellū et priore maius per Attilam regem nostris inflictum, penè totam Europam, exasis inuasissq; ciuitatibus atq; castellis, corrosit. Eodem anno, urbis Augustæ muri olim terræmotu collapsi, intra tres menses Constantino praefecto Prætorio operā dante reædificati sunt. Attila usq; ad Thermopolim infestus aduenit. Argislus magister militiæ in ripensi Dacia iuxta Utum amnem ab Attila rege, viriliter pugnans, plurimis hostium interemptis, occisus est.

Indict.i. Zenone et Posthumiano Coss.

Prouincia India Theodosio principi pro munere Tigrim domitā misit. Vtramq; porticum Troadensem, turresq; portarū utrasque ignis subitus exusit, quarum ruinam continuò repurgatam Antiochus praefectus Prætorio in pristinam erexit specie: Legatis Attilæ à Theodosio depactas olim pecunias flagitantibus.

Indict.ij. Protagene et Asturio Coss.

MArina Theodosij uxor fati munus impleuit. Flavianus episcopus secunda apud Ephesum Synodo, ui Dioscri Alexandrini episcopi et Saturnini Spadonis in Epipam exulat. Ariobinda et

Taurus

28 MARCELLINI COMITIS

Taurus patricij communi vita defuncti sunt.

Indict.iiij. Valentianino. vij. & Abieno Coss.

AL.27. **T**Heodosius imp. uiuendi finem fecit : regnauit post mortem Archadij patris sui annos. + xlj. Loco eius Martianus imperium adeptus est. Cryſaphius eunuchus Pulcheriae Theodosij sororis nutuſua cum auaritia interemptus est.

Indict.iiij. Marciano Aug. & Adelfio Coss.

Leone pontificis sedem b. Petri regente. Dcxxx. patrum sancta & uniuersalis synodus contra Eutichelum nefandissimorum praefulem monachorum, apud Calcedonam in basilica sanctae Eufemie firma-ta est: solus Dioscorus Alexandrinæ ecclesiæ episco-pus descedit, statimq; ab iisdem Catholicias patribus sacerdotio abdicatus est.

Indi.v. Spuratio & Herculano Coss.

Marcianus Aug. suis statuit decretis, ut hi qui consules fieri cupiebant nihil aeris in populum spargerent, sed statutam peaniam ad reparandum urbis aqueductum dependerent. Hoc tempore tres ma-gni lapides e celo in Trachia caderunt. Aquilcia cuitas ab Attila Hunnorum rege exasa est.

Indict.vi. Vincenzo &
Opilione Coss.

Ioannes

CHRONICON.

29

Ioannes præcursor Domini et Baptista, caput suum, quod olim Herodes impia nefandaq; postulatione ab humeris amputatum & in disco positum accepit, proculq; truncatoeius corpore sepeliuit, duo bus Orientalibus monachis ob adorandam apud Hierosolimam Christi Domini resurrectione introeuntib. reuelauit, ut ad Herodis quondam regis habitaculū accedentes admonita requireret fideliterq; humo extolleret. Hoc ergo caput fidei repertū suaq; hispida in matrica conditū, dū ad propria remeantes habitacula peruenierunt, quidā Emisenae figulus cuitatis diuturnam imminentemq; sibi fugiens paupertatem fese his exhibuit comitem, quiq; dum nesciens peram sibi creditam cum sacro capite portat, ab eo cuius caput uehebat noctu admonitus utrunque comitem fugiens, statimq; Emisenam urbem cum sancto leuiq; onere introgressus est. ibiq; dum aduixit præcursoris Christi ueneratus est caput, moriensq; sorori sue rerum nesciae signatum in uasculo tradidit colendum. Illa uero successori suo positum signatumq; ut erat dereliquit. Porro Euthocus quidam occultus Arriane perfidia presbyter, talem tantumq; thesaurū indignus obtinuit, gratiamq; quam Christus Dominus per Ioannem Baptistam infirmo populo tribuebat, is eam, ac si suam duntaxat, in uulgo disseminabat. Hic prauitate sua detecta Emisenae urbe expulsus est. Hoc inde antrum in quo beatissimi Ioannis caput in urnam missum sub terraq; conditum erat,

quidam

aliud ex
plar ad
in Sebas
ciuitate.
Al. peri
hunt.
al. Emi
ne.

30 MARCELLINI COMITIS

quidam monachi pro habitaculo habere cœperunt;
Marcellus demum presbyter totiusq; monasterij pre
sul dum in eodem spccu uita irreprehensibili habitat,
idem b. Ioannes Christiq; precursor sese eidem suuq;
caput ostendit, ibidemq; sepultum multis prefulgens
uirtutibus patet. Hoc igitur uenerabile caput Lu-
Iuliura-
liuranio memorata episcopo ciuitatis, per prefatum
o.
Marcellum presbyterū constat inuentum, Vincenzo
& Opilione cos. mense Februario, die. xxiiij. media
icu*niorum paschalium septimana, Imp. uero Valen-*
tiniano & Marciano regnantibus. Pulcheria Augu-
sta Marciani principis uxor, b. Laurentij atrium ini-
mitabili opere consummavit, beatumq; uiuendi finem
fecit.

Indict. viij. Actio & Studio Coss.

A ttila rex Hunnorum Actij hortatu, Prouin-
ciæ, noctu, mulieris manu cultroq; confoditur.
Quidam uero sanguinis reiectione cum necatū per-
hibent. Actius patrius magna Occidentalis Reip.
salus, & regi quondam Attilæ terror, à Valentiniano
imp. cum Boetio amico in palatio trucidatur, atq;
cum ipso Hesperium occidit regnum, nec haec tenus
ualuit releuari.

Indict. viij. Valentiniano. viij. &

Antonio Coss.

Valen-

Valentianus princeps dolo Maximi patricij,
cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo
Martio per Ostilā & Traustilā Aetij satellites, iam
percuso Heraclio spadone, truncatus est. Idem Ma-
ximus inuasit imp. tertioq; tyrannidis suæ mense, mē-
bratim Romæ à Romanis tractus disceptusq; est. Gē
sericus rex Vuandalorum ab Eudoxia Valentiniani
uxore epistolis inuitatus ex Africa Romanam ingre-
sus est, eaque urbe rebus omnibus spoliata, eadem
Eudoxiam cum duabus filiabus secum rediens ab-
duxit.

Indict. ix. Ioanne & Varano Coss.

His consulibus innumera locustarum agmina fru-
ctum Phrygiae uastauerunt. Eucherius Lugdu-
nensis ecclesiæ pontifex multa scripsit tam ecclæ-
siasticas, quam monasticas studijs necessaria.

Indict. x. Constantino &

Rufino Coss.

Marcianus imp. bonis principibus comparan-
dus uitæ spiritum amisit, imperauit annos. vi.
menses. vi. Leo eidem defuncto successit, cuius uolun-
tate Maioranus apud Rauennam Cesar est ordi-
natus.

Indict. xi. Leone Aug. & Maio-
rano Coss.

Leo

32 MARCELLINI COMITIS

Leo imp. pro tomo Calchedonensi per uniuersum orbem singulis Orthodoxorum episcopis, singulas consonantesq; misit epistolæ, quo sibi quid de eodem tomo sentirentur, vii rescriptionibus indicaret. Horum omnium episcoporum ita conspirantes suscepit epistolæ, ut eas putaros uno tempore uniusq; uiri eloquio fuisse dictatas.

Indict. xij. Patrio & Reamere Coss.

Isaac Antiochenæ ecclesie presbyter scripsit Syro sermone multa, præcipue aduersus Nestorianos & Euticianos. Ruinam etiam Antiochiae eglogo carmine planxit, quemadmodum Effrem monachus Nicomediæ lapsum.

Indict. xiiiij. Apollonio & Magno Coss.

Quizius ciuitas terræ motu concussa murorumq; suorum ambitu interrupta sese suosq; diu deplanxit.

Indict. xiiij. Degalafio & Seuerino Coss.

Romanæ ecclesie Hilarius. xlviij. pontifex factus ruixit annos. vi. Maioranus Cæsar apud Desthonam iuxta flumen, qui Hyra dicitur, interemptus est, locum eius Seuerus inuasit.

Indict. xv. Leone Aug. ij. solo Cos.

Iacobus natione Achaius, religione paganus, medicin

dicinæ artis peritia, tam ingenio quam literatura clariuit, hic ob medendum Leonem Aug. febre defatigatum, sacrum palatiū cubiculum intravit, statimq; regia in sella iuxta thorū imperiale posita, sine ullo Augusti nutu consedit, sicq; medicas adhibuit manus. Porro meridie ad eundem reuersus sacrum puluinar sublatum sui propter solum in quo matutinus resederat protinus intellectus, spondamq; thori regiam intrepidus supersedit, ueterum studij luris pectorum præceptionibus monitum id sese gesisse, non temere præsumpsisse egrotantum docuit principem.

Indict.i. Viniano & Fælice Coss.

PRoper homo Aquitanicæ regionis, sermone Scholasticus, & assertionibus uerbosus multa composuisse dicitur. Epistole quoque Leonis aduersus Eutychen de uera Christi incarnatione data, ab isto dictatæ creduntur.

Indict.ii. Rustico & Olibrio Coss.

Bægor rex Alanorum à Riāmère rege occiditur.

Indict.iii. Basilio & Herminerycho Coss.

Constantinopolis magno inuasa incendio, fædeq; fœdata deplangitur.

Indict.iii. Leone Aug. iii. solo Cos.

C

Seuerus

34 MARCELLINI COMITIS

Seuerus qui Occidentis arripuit principatum Romæ interijt. Theodoritus episcopus sanctus Cyri auitatis scripsit de incarnatione Domini aduersus Eutychen & Dioscorum. Alexandrinæ ecclesiæ episcopos, qui humanam in Christo carnem negant.

Indict. v. Puseio & Ioanne Coss.

Leo imp. Anthemium patritium Romanum misit, Imperatoremq; constituit. Rauennam ciuitatem terremotus deterruit.

Indict. vi. Anthemio Aug. ij. solo Coss.

Marcellinus Occidentis patritius idemque paganus, dum Romanis contra Vandalos apud Carthaginem pugnantibus opem auxiliuniq; fert, ab ipsis dolo confuditur pro quibus palam uenerat pugnaturus.

Indict. viij. Zenone & Mariano Coss.

His consulibus caput Densisas Hunnorum regis Attilæ filij Constantinopolim allatum est.

Indict. viij. Iordane & Seuero Coss.

Gennadius Constantinopolitanae ecclesiæ pontifex Danihelem prophetam ex integro ad uerbum commentatus est, & Homilias multas cōpositus.

Indict. ix. Leone Aug. iij. & Probianò Coss.

Aſpar

CHRONICON.

35

Aspar primus patritiorum cum Ardabure & Patritiolo filijs, illo quidem olim patritio, hoc autem Cæsare generoq; Leonis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonū ensibus in palatio vulneratus interiit.

Indict. x. Mardano & Festo Cos.

Vesuvius mons Campanie torridus intestinis ignibus æstuans excusa uomit uisera, nocturnisq; in die tenebris omnem Europæ faecem minuto contexit puluere. Huius metuendi memoriam aneris Byzantij annue celebrant. viij. Idus Nouemb. Anthemiūs imp. Romæ à Ricimere genero suo occiditur. Loco eius Olybrius substitutus, septimo mense imperij sui uita defunctus est. In Asia aliquantæ ciuitates uel oppida terræmotu collapsa sunt.

Indict. xi. Leone Aug. v solo Cos.

Licius apud Rauennam plus presumptione quam electione Cesar factus est. Constantinopoli in Circo seditione orta multi Isaurorum à populo interfici sunt.

Vetus es
plar habi
Cicerius

Indict. xii. Leone Iuniore
solo Cos.

Leo se nigr Imp. Leone Iuniore à se iam Cæsare constituto, morbo periret, tam sui imperij annis quam huius Leonis mensibus cōputatis anno xxvij.

C iij men-

36 MARCELLINI COMITIS

mense vi. Zenonem Leo Iunior idemq; filius imp.
principem regni constituit. Clærius Cæsar Romæ
imperium tenens à Nepote Marcellini quondam pa-
tritij sororis filio, imperio expulsus in Porta urbe
ex Cæsare episcopus, et ordinatus est et obiit.

Indict. xiiij. Zenone Aug. ij. solo Coss.

Basilei. **Z**eno imp. Verinæ socrus sue et Basilius fratri
sua profugus in Isauriam tendit: Regnum Zenonis
Basiliscus tyrannus inuestit. Nepos qui Clærium re-
gno pepulerat Romæ eleuatus est imp. Nepote Orestes
protinus effugato, Augustulum filium suum in
imperium collocavit.

Indict. xiiij. Basilisco et Armato Coss.

Basiliscus tyrannus Marco filio suo Cæsare fa-
cto, dum contra fidem Catholicam Nestorianam
perfidia intumescentia conatur assurgere, ante infla-
tus crepuit quam pœnitere potuerit. Basiliscus cum
Zenodi- filio suo et Xenodina uxore sua, iam Zenone pri-
stimum ad imperium remeante, in exilium missus est,
atque in oppidulum quod Lyminis in prouincia Cap-
padoce diatur trusus fame extabuit. Odouacer rex
Gothorum Romam obtinuit, Orestem Odouacer ili-
cò trucidauit, Augustulum filium Orestis Odouacer
in Lucullano Campaniae castello exilijs pœna damna-
uit. Hesperium Romanæ gentis imperium, quod se-
ptingen-

CHRONICON.

37

ptingentesimooctavo urbis conditæ anno primus Au-
gustorum Octavianus August. tenere cœpit, cum hoc
Augustulo periret, anno decessorum regni Imperato-
rum D. XXII. Gothorum dehinc regibus Romanis
tenentibus.

Indict. xv. Sine consulibus.

BRAGAM Comitem Odoacer rex apud Rauen-
nam occidit.

Indict. i. Ilio solo Cos.

THeodulus presbyter in Cœlesyria multa conscri-
psit, clarusq; habetur.

Indict. ii. Zenone Aug. iii.

Sabinianus magnus Illyrianae militiae dux
creatus curiam collatoremq; iustum Reip. æn-
sum, uel præparantem fuit uel dependentem tutat-
tus est. Præterea militaris ita optimus institutor co-
erectorq; fuit, ut prisas Romanorum ductoribus com-
paretur. Theodoricum regem idem Sabinianus a-
pud Grædam debacchantem ingenio magis quam
uirtute deterruit.

Indict. iii. Basilio solo Cos.

VRBs Regia per xl. continuos dies aſiduo ter-
rēmotu quassata magno pere sese afflictam de-
planxit. Ambæ Troadenses portias corruerunt, ali-
c iiiij quantæ

quantæ ecclesiæ uel sāsse sunt uel collapsæ. Statua Theodosij Magni in foro Tauri super Coclidem columnam posita corruit, duobus forniciis eius fori collapsis. Hunc formidolosum diem Byzantij celebrant. viij. Cal. Octobris. His Coss. Nepos quē dudum Orestes imperio abdicauerat Viatoris & Ouidæ comitū insidijs, haud longè à Salonis sua in villa occasus est.

Indict. iiiij. Plaado solo Cos.

Theodorus Triarij filius rex Gothorum accātis suis usq; ad Anapolum, quartum urbis nulliarium aduenit, nullitamē Romanorum noxius continuò reuersus est. Porrò in Illyricum properans dum inter suorum mouentia plausta progreditur, iacentis super Carpentū teli acamine, & paucantibus equi sui impulsione, fixus transuerberatusq; interiit. Sabiniānū Magnum mors quæ huic peccanti mundo meritò imminet ante eum ademit, quanquam integrum defatigatæ reip. præsidium esset.

Indict. v. Trocondo & Seuerino Coss.

Romanæ ecclesiæ Fælix. xlvi. episcopus ordinatus uixit annis. xij. Theodorus cognomēto Valamer utramq; Macedonia, Thessalianq; depopulatus est: Larissamq; metropolim deprendatur.

Indict. vi. Fausto solo Cos.

Idem Theodorus rex Gothorum Zenonis Aug. munificetijs penè pacati, magisterq; presentis militie

tie factus, Consul quoq; designatus creditam sibi ripensis Dacæ partem Mæsiæq; inferioris cum suis satellitibus pro tempore tenuit.

Indict. viij. Theodorico et Venantio Coss.

Ilius natione Isaurus, dignitate magister officiorum amputata apud Comitatuum auricula, Orientē Zenoni inuasit. Porrò cum Leontio tyrannidem arripuit, totā namq; per Africā crudelis Honorychi Vuanda lorum regis in nostros Catholicos persecutio importata est, exulatis diffugatisq; plusquam CCCXXXIIII. Orthodoxorū sanctis, ecclesijsq; eorū clausis, plebs fidelium sub uarijs acta supplicijs beatum cōsummatum agone: nempe tunc idem rex Honorychus, unius Catholia adolescentis uitam à nativitate sua sine ullo sermone ducentis linguis p̄ceptit absandi, idemq; mutus quod sine humano auditu Christo credens fidē didicerat, mox p̄easa sibi lingua locutus est, gloriamq; Deo in primo uocis suæ exordio dedit. Deniq; ex hoc fidelium cōturbanio aliquantos ego religiosissimos p̄easis linguis manibusq; truciatis, apud Byzantium integra uoce conspexi loquentes. Hæc Arrianorū crudelitas in religiosos Christi cultores super scriptis Coss. mense Februario cœpit infligi.

Auct. d.

Indict. viiij. Symmacho solo Cos.

Longinus Zenonis frater Augusti: post decennalem custodiā quā eidē illius apud Isauriā implixerat ad germanum suum Constantinopolim aduenit.

C. iiiij Indict.

40 MARCELLINI COMITIS

Indict. ix. Longino solo Cos.

Ioannes Antiochenæ Parrochiæ ex grammatico presbyter, scripsit aduersum eos qui in una tantum substantia adorandum afferunt Christum, nec adquiescant duas in Christo confitendas naturas.

Indict. x. Boetio solo Cos.

Theodoricus rex Gothorum Zenonis Augusti beneficijs satiatus, cum magna suorum manusque ad Regiam ciuitatem & Melentiadam oppidum infestus accessit, plurimisq; locis igne crematis ad Nouensem Mæsiæ ciuitatem unde aduenierat, remeauit.

Indict. xi. Dinamio & Sifidio Coss.

Leontius interrex & Ilius tyrannus in Papyrio Isauriæ castello capti decollatiq; sunt. Capita eorum Constantinopolim allata præfixaq; bastilibus tauruere. Eodem anno Theodorius rex omnium suorum multitudine assunta Gothoru in Italiā tendit.

Indict. xij. Eusebio & Probino Coss.

Idem Theodorius rex Gothorum optatam occupauit Italiam: Odoacer itidem rex Gothorum metu Theodorici perterritus Rauennam ingressus est. Porro ab eodem Theodorico periurijs illectus, imperfectus est.

Indict.

CHRONICON.

41

Indict. xiiij. Longino. ij. & Fausto Coss.

Zeno imp. Plagiū gulam in insula quæ Paganorum diatur laqueo frangi præcepit.

Indict. xiiij. Olibrio solo Cos.

Zeno August. uita decepit tam sui imperij annis quam Basilisā tyrannidis mensibus computatis, anno. xvij. mense vi. Anastasius ex silentiario imperator creatus est. Bellum plebeium inter Byzantios ortum, parsq; urbis plurima atque Cirā igne combusta.

Indict. xv. Anastasio Aug. & Rufo Coss.

Dum bellum paratur Isauricum, dumq; Isauri imperium sibi uendiare nituntur, in Phrygia iuxta Cotiaum ciuitatem unde confluunt, + lilijs Lin- guis, segnis quidem pedes sed eques in bello acerri- mus, à Romanis primus in p̄elio trucidatus om- nesq; simul Isauri fugiē dediti per montana aspera q; loca Isauriam repetunt. Hoc bellum Isauricum per sex annos tractum est. al. Liliū

Indict. i. Eusebio. ij. & Albino Coss.

Bella ciuilia aduersus Anastasij regnum apud Constantinopolim gesta sunt, statuae regis regi- naeq; in funibus per urbem tractæ, Julianus magister militie nocturno p̄elio pugnans Getico ferro in Thracia confossus interiit.

Indict.

Indict.ij. Asterio & Præsidio Coss.

Anastasius imp. contra Orthodoxorum fidei maiestatem intestina cœpit prælia commouere, paucali sui perfidiam prius in Eusemium urbis episcopum sibi pro Orthodoxorum fide uiriliter resultantem profano manifestauit ingenio. Laodicea Hierapolis, atq; Agathicum uno tempore unoq; terræmotu collapsæ sunt. Romanæ ecclesiæ. xlviij. Gelasius episcopus sanctus ordinatus uixit annos tres.

Indict.iiij. Utatore solo Cos.

Eusebius Augustæ auitatis antistes de quo superius seamus mentionem falso ab Anastasio principe accusatus atq; damnatus in exilium ductus est. Locum Eusemij Macedonius tenuit.

Indict.iiiij. Paulo solo Cos.

Augustatico suo dudum Anastasius militibus prestito, donatiuñ quoq; hoc, fratre Consule tribuit. India Anastasio principi elephantem quem Plautus poeta noster Lucabum nomine dicit, duosq; Camelos pardalos pro munere misit.

Indict.v. Anastasio Aug. solo Cos.

Solis defectus apparuit. Bellumq; Isauricum hoc sexto anno sedatum. Antenodus Isaurorum primus in Isauria captus decollatusq; est. Caput eius Tharsum auitatem allatum pro portis hastili fixum exta-

extabuit.

Indict. vi. Ioanne Scytha & Paulino Coss.

Romanæ ecclesiæ. xlviij. Anastasius pontifex ordinatus uixit annos ij. Longinus Isaurius cognomento Selinunteus apud Antiochiam Isauriæ ciuitatem à Prisco Comite captus Constantinopolim missus est, Catenatusq; per Agentem arcanductus Anastasio princiapi spectante populo ingens spectaculum fuit, uarijsq; deinde crudelibus apud Nicæam Bithynie ciuitatem expensus est. Nummis quos Romani Terentianos, Græci follerales uocant, Anastasius princeps suo nomine figuratis placabilem plebi commutationem distraxit.

Indict. v ij. Ioanne Gibbo solo Cos.

A Ristus Illyrianae ductor militiæ cum. xv. milibus armatorū, & cum Dxx. plaustris armis ad preliandum necessarijs oneratis contra Bulgares Trachiam deuastantes progressus est. Bellum iuxta Zurtam fluum consertum, ubi plus quam. iiiij. millia nostrorum aut in fuga aut in præcipito ripæ siccæ & sine flumine interempta sunt. Ibiq; Illyriana uirtus militū periret, Nicostrato, Innocentio, Tanco & Aquilino comitibus interfectis. Hoc anno ingens terræmotus Ponticam concusit prouinciam.

Indict. viii. Patritio Hypatio Coss.

Romane

Romane ecclesie Symmachus episcopus sanctus factus uixit annos xv. Anastasius imp. dominum Illyricianis militibus per Paulum tribunum notariorum, erogandum misit.

Indict. ix. Pompeio & Abieno Coss.

Constantino praefecto urbis ludos theatrales meridianum tempore spectante pars in eodem spectaculo Cerealis sub diuersis cellulis occultas preparauit insidias. Nam enses saxaque; uasis inclusa fictili- bus, eademque; arma diuersis pomis desuper cumulatis sub Theatri porticu ritu uendentium statuit. Dum residente Constantio ex more ciuium crepant voces, ante uisa quam audita arma excutiuntur, ensesque; ui- brati in amicorum inque; uicinorum capita, sanguine obliti suis cum percussoribus debacchantur nutat et contremiscit Theatri cauea & refugientium huc atque illuc suorum pedibus conculcata occisorumque; foeda cruore deplangitur, plus n. quam tria millia ciuium saxis gladiisque; comprehensionibus & aquis proscenii missus urbs Augusta defluit.

Indict. x. Probo & Abieno Coss.

Conuicta gens Bulgaroru[m] deprædata sepe Thra- ciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum deuastauit. Amydam opulentissimam ciuitatem, monachorum eius astu proditam Choadis rex Per- sarum

sarum quinto mense quām expugnare eam cōperat
irrupit, proditoresq; eius monachos obtruncavit.

Indict. xi. Dexecrato & Volusiano Coss.

TRes Romiorū, ductores, Patritius, Hypatius & Areobinda qui cum xv. millibus armatorū olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi iuxta Syfream Castellum cum iisdem Persis, sine audacia confixerunt, multi tunc militum ductoribus de exercitu fugientibus cēsi sunt. Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebusq; uacuam Amydam ciuitatem, idem nostri redemerunt ductores, Celere magistro officiorum sibi cum ij. millibus bellatorum in subsidium destinato.

Indict. xij. Cettibo solo Cos.

In terea Celer magister officiorum per Callinicum Mesopotamiæ ciuitatem armato duce milite ad devastated Persarum rura discurrit, plurimos agrestes rusticis intentos laboribus more pecudum trucidat, pastores diuersorum pecorum cum numerosis iumentis abducit, Castella latere lutoq; cōstructa inuidit, usque ad pontem ferreum sic nomine dictum cuncta uastanda progreditur, omni præda potitus ad communia castra ditato milite remeat, aliquanta dehinc ob percutiendum foedus cum Persis, deliberauit, misso ad se pro pepigendo fœdere Armonia à secretis.

Indict.

46 MARCELLINI COMITIS

Indict. xijj. Sabiniano & Theodoro Coss.

Idem Sabinianus Sabiniani Magni filius du-
ctorq; militiae, delicatus contra Mundonem Ge-
tam arma construxit. x. millia armatorum sibi assi-
uit, horum plastra quæ armis atq; cōmeatibus one-
rata erant secū trahēs pugnaturus acesbit, Commissio
iuxta Margū plano oppido multis suorū militibus
in hoc conflictu perditis, & in Margo flumine ene-
catis, amissis præterea plaustris in castellū quod Na-
to diatur cum paucis fugit, tanta in hoc lamentabili
bello spes cedidit, ut quantum apud mortales nequa-
quam potuerit reparari.

Indict. xijj. Ariobinda & Messala Coss.

His Coss. Anastasij principis statua in eodem lo-
co quo dudum Theodosij Magni sacerdoti super
immanem columnam in foro Tauri facta est.

Indict. xv. Anastasio Aug. iij. Cos.

Seditio popularis in Circo facta est, miles & ar-
matus obstitit. Gradus circi Septentrionalis sua cū
fornicis incensi collapsiq; sunt Anastasio Cæsare in pro-
cessibus commorante.

Indict. i. Celere & Venantio Coss.

Romanus Comes Domesticorum, & Rusticus Co-
mes scholæ cum C. armatis nauibus totidemq;
dromonibus. viij. militum armatorum secum ferenti-
bus ad deuastanda Italie littora proæsserūt, & usq;

ad

ad Tarentum antiquissimam ciuitatem aggressi sunt, remensoq; mari dishonestam uitoriā, quam pyratico casu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Cæsari reportarunt.

Indict. ij. Opportuno solo Cos.

Orto Augustæ urbis incendio utramq; porticum à foro Constantini usque ad Iccæ tenuissimam statuam ignis in puluerem redigit. Portus Iuliani undis suis rotabilibus machinis prius exhaustus, cœnoq; effosso purgatus est.

Indict. iij. Boetio solo Cos.

Simulachrum æneum in foro Strategij super fornicem residens, & cornu copie fortunæ retinens incendio proflamatū est, cōbustumq; brachiū, quod tamē statuarij continuò solidarunt. Appius Patritius exulat. Constantinus olim magister militiæ episcopus Laodiceæ ordinatus est.

Indict. iij. Secundino & Fæliæ Coss.

MAEDONIUS Augustæ urbis episcopus licet olim Anastasij imp. pauremque eiusdem Cæsaris, accusatus quoniā tomū sanctorum patrum apud Calcedonā sancta duduī subscriptione roboratū, eidē principi dare distulit, ab eodē Euchaita in exiliū deputat⁹ est. Locum Maedonij Timotheus meridiano tempore ab Anastasio Cæsare episcopus ordinatus inuasit.

Indict.

48 MARCELLINI COMITIS

Indict. v. Paulo & Musaano Coss.

Sepe cælum septentrionali plaga ardere uisum est.
Die dominico, dum iubente Anastasio Cæsare
in eccl. perq; Platonē in ecclesia pulpito insistentem in hym-
num trinitatis Dei, Paſſianorū quaternitas additur,
multi Orthodoxorum pristina uoce psallentes per-
fidosq; præcones clamoribus obiurgantes in eiusdē
ecclesiæ gremio c. si sunt, ductiq; in carceres perie-
runt, altera nihilominus die in atrio sancti Thodo-
sij maiori cæde pro fide unica percussi sunt. Quapro-
pter commota Orthodoxorum agmina die sequenti
id est. viij. Idus Nouemb. (in quo die memoria aneris
dudum totam Europam tegentis apud Byzantium ce-
lebratur) in forum cum constantia undiq; confluunt,
quorum alij quidem cæteris die noctuq; hymnum tri-
nitatis Christo Deo psallentibus totam peragrant
ciuitatem, & Anastasiū Cæsar is monastico habitu ad-
sertatores ferro flammisq; interimunt, alij claves por-
tarum omniaq; signa militaria ad forū quo religio-
nis castra metati fuerant deferunt, ibi q; Anastasio Cæ-
sare in processibus degente Ariobindam sibi impera-
torem fieri clamitant, imaginibusq; deinde statuisq;
Anastasij in terram deiectis Celerem & Patritium
Senatores ad se supplicandi sibi uel satisfaciendi gra-
tia missos, iactis pluuiæ instar lapidibus repulerunt
domibus Marini & Pompei sucans. In circum ad
Anastasium uenientes & ante suum solium consisten-
tes, hymnum trinitatis iuxta morem Catholicum con-
cinentes,

āentes choruscansq; Euangelium, Cruēmq; Chri-
sti ferentes, ē foro plurimi conuenerunt, Marinum
Platonemq; prauitatis eius autores ferro subijci de-
bere conclamantes. Hos dūes idem Anastasius Cæ-
sar solitis periurijs, simulatisq; uocabus sēpe facto-
rum cuncta promittens, tertio die quām in forum
aduenerat, sine ullo rerum effectu ad sua fēat ha-
bitacula repedare. Porrò redintegrata Anastasius
prauitate, infamen & irridendam synodus apud
Sydonem auitatem [cuius de nomine ridicula nomi-
na præponuntur] Lxxx. fermè perfidorum episco-
pis congregatis aduersum Orthodoxorum episco-
pos, fieri imperauit. Flauianus Antiochiae Catholi-
cus Patriarcha & Ioannes Paltensium oppidi pon-
tis sex quoniā hunc cœtum sacrilegum refellerunt,
in Castellum quod Petra diatur exules misi sunt,
ibi Flauianus confessor Christi in Domino requie-
uit, Ioannem Iustinius Aug. mox imperator factus
reuoauit. Iisdem fermè temporibus defectus solis
contigit. Gens Erulorum in terram inq; auitates
Romanorum iussu Anastasiij Cæsar is introducta.

Aliud exi-
plar nō l-
bet.

Indict. vi. Clemente & Probo Coss.

Seuers Eutychetis perfidie, Anastasio Cæsa-
re uolente, sedem Flauiani antistitis ex mona-
cho episcopus occupauit. Donotheus Ancheræ a-

D uitatis

50 MARCELLINI COMITIS

uitatis uenerandus antistes, & Anastasio principi propter unicam Orthodoxorum fidem iugiter aduersarius, finem uiuendi, quem sibimet missio contra se Magistrano ipse prædixerat, in dicto tempore fecit.

Indict. viij. Senatore solo Cos.

V Italianus Scytha assumpto Romanorum equi
tum in triduo congregatorū auxilio, in locum
qui Septimus diatur, aduenit: ibiq; castra metatus
est, dispositisq; à mari in mare suorum ordinibus,
ipse ad portam, quæ aurea diatur, sine ullius access-
it dispendio, saliat pro Orthodoxorum se fide,
proc; Macdonio urbis episcopo in cassum ab Ana-
stasio principe exulato, Constantino polim accessisse
asserens. Porrò Anastasij simulationibus atq; per-
iurijs per Theodorū internunciū illectus atq; illu-
sus. viij. die quam urbem accesserat, remeauit. Hinc
Odyssum Mæsiæ ciuitatem Vitalianus pernoctans
astu ingressus est. Cyriillum loquacem magis quam
strenuum militiæ ductorem inter duas pelliæ Vi-
talianus reperit dormientem, eumq; mox abstra-
ctum cultro Getico iugulauit, hostemq; se Anastasio
Cæsari palam aperteq; exhibuit.

Indict. viij. Anthemio & Florentio Coss.

Roma-

Romanæ ecclesiæ L. Hormisda episcopus ordi-
nat⁹ uixit annis. ix. Item Vitalianus eidē Ana-
stasio imp. immanior factus est inimicus, præmissis
suorum equitibus armatisq; nauicalis sinistro sibi
littore decurrentibus, ipse peditum armis stipatus
Sistinensam præedium ingressus est, totiusq; loci pa-
latium habuit mansionem, misi sunt ad Vitalianū
senatores qui pacis cum eo leges componerent, no-
naginta auri pondera exaptis regalibus munerib.
pro pretio tunc accepit. Hypatij iam mille centum
auri libris cum Huranio captiuo sibi à suis in Zo-
topoli oblatis, magister militū Vitalian⁹ per Thra-
ciam factus, Hypatium quem captiuum catena-
tumq; apud Acres castellum tenebat, reuersus suo
remisit auunculo. Hac tempestate Hunni Armenia
transmissa totam Cappadociam deuastantes usque
ad Liaoniam perrexerunt. Ariagne Augusta Lx.
in palatio exactis uita deceſſit.

Indict. ix. Petro solo Cos.

Mutata fide Anastasius imp. Vitaliano suc-
cedit, idemq; Rufinum destinat successorem.
Helias Hieropolitanæ urbis episcopus in villa quæ
Habyla diatur ab eodem principe relegatus emo-
ritur. Laurentium præterea Lycidensem, Alchy-
sum Nicopolitanum, Gaijanū Naisitanum, & Eu-

D ij

an-

52 MARCELLINI COMITIS

angeliū Paulitalensem, Catholicos Illyrici sacerdotes, suis Anastasius præsentari iussit obtutibus, Alchysus, & Gaianus episcopus apud Byzantium uita defuncti sunt, Domnione & Euangelio ad sedes proprias, ob metum Illyricani Catholici militis, extemplo remissis, solus Laurentius Anastasium imp. in palatio pro fide Catholica sepe conuinans, apud Comitatum ac si in exilio religatus, retentus est, mobiliorq; corpore deinde quam Constantiopolim aduenerat, effactus est. Nam septimo infirmitatis sue anno idem Laurentius fide sua & Christi gratia, in atrio Cosmae & Damiani sanatus est, pedibus sistere proprijsq; gressibus meruit confirmari, suaq; dein patriæ redi, ubi maior octogenario requiescat.

Indict. x. Anastasio & Agapeto Coss.

Olla illa que in Hieremia uate ab Aquilone aduersum nostra delicta sepe succeditur, tenua ignita fabricata est, maximamq; partem Illyria ipsam iaculis vulnerauit. Due tunc Maædoniae, Thessaliaq; vastata est, & usq; Thermopylas ueteremq; Ephyrum gente, equites deprædati sunt, mille tunc librarum auri denarios per Paulum Anastasius imp. pro redimendis Romanorum captiuis Ioanni Prefecto Illyria misit, deficiente pretio, uel inclusi, suis cum domūculis captiui Romani insensi

ænsi sunt, uel pro muris clausarū urbiū truadati.

Indict. xi. Magno & Florentio Coss.

IN prouincia Dardania aſiduo terræmotu.
xxiiij. castella uno momēto collapsa sunt. Quo
rum duo suis cum habitatoribus demersa. iiij. dimi-
dia ædificiorum suorum hominumq; amissa parte.
xi. tertiae domorum, totidemq; populi clade deie-
cta. vij. quartæ tectorum suorū, tantaq; plebis par-
te depreſſa uianarum metu ruinarū deſpecta sunt.
Scopus naniq; metropolis licet sine ciuium suorum
olim hostes fugientium clade, funditus tamen ruit,
plurimi totius prouinciae montes hoc terræmotu
ſcissi sunt, saxa q; suis euulsa compagibus, deuolu-
tarumq; arborum crepido per xxx. paſſuum lon-
gitudinem patens & in xij. pedum latitudinem de-
hicens, profundam aliquantis uoragnem ciuibus,
castellorum saxorumq; ruinas uel adhuc hostium in-
curſiones fugientibus iuſſa parauit. Vno in castello
regionis Canisæ quod Sarnōto dicitur, ruptis tunc
terræ uenis & ad instar torridæ fornaas exæstuās
diuſius, altrinſeas feruentem imbreu cuomuit.
Anastasius ſubita morte p̄ræuentus maior octoge-
nario perijt, regnauit annos xxvij. menses. ij. dies
xxix. Daras ciuitate huiusmodi condita in Me-
ſopotamia (Daras quædam poſſeſſio. lx. ab Amy-
da ciuitate millaria ad Austrum ſita & xv. milli-

D iij bus

bus à Nisibino oppido ad oasum distans) Amydensi ecclesiae redditum pensavit. Huius ergo humilis uillæ casas Anastasius imp. ob condendam ibi a uitatem dato preceps emit, misisq; continuò pro fabbris construi præcepit: Calliopium deinde Antiochenæ urbis patritium huic operi præfēat, nempe hic in colle in planiciem desinente mira sagacitate ob fundamenta locanda sulcum sarcalo designauit, murisq; firmissimis facie tenuis consummatis undiq; texit, riuum quoque qui ex prædij nomine iuxta quod natatur Cordissus nominatur, serpensq; per murmura. Dv. milliarijs eundem collem nouamq; diuidit ciuitatem, concesso utriq; ostio prolabentem inclusit. Publicas præterea mœnibus decortæ ciuitati pristinum nomen uillæ reliquit. Ingens huius frontispicio ciuitatis, in æditiori loco construeta murisq; continuata turris Heraulea nomine dicta suspicitur, Nisibinum ad Orientem, Amydam ad Aquilonem respiciens.

Indict. xij. Iustiniano Aug. & Eutherio Coss.

Iustinus imp. creatus. Amantius palatijs præpositus, & Andreas cubicularius, uterq; regni eius inimicus in insula decapitatus est. Vitalianus Scytha urbem data acceptaq; fide accitus ingreditur,

tur, statimq; magister militum ordinatur.

Indict. xij. Vitaliano & Rustico
Coss.

V Italianus his Coss. vij. mense consulatus sui.
xvij. vulneribus confessus in palatio cum Cle- al. Deriano
rano & Paulo satellitibus interemptus est.

Indict. xiiiij. Iustiniano & Valerio
Coss.

F Amoſiſſimum hunc Consulatum Iustinianus
præ consulibus omnium Orientaliū, utilitatib.
edidit. Nam Cclxxxviij. solidorum H.S. libera Con
ſulum profecta munificentia in populum, inq; ſpe
et acula ſive ſpectaculorum machinam distributa
ſunt. xx. Leones, xxx. pardos, exceptis alijs feris,
in amphitheatro ſimul exhibuit. Numerosos præ
terea phaleratosq; in Circo caballos iam donatis
quoque impertiuuit aurigis, una duntaxat ultimoq;
mappa infantienti populo denegata.

Indict. xv. Symmacho & Boetio
Coss.

Indict. i. Maximo solo Cos.
D iiiij Indict.

Indict.ij.Iustino.ij. & Opilione ij.

Coss.

Indict.ijj.Filaxeno & Probo

Coss.

Iohannes Romanæ ecclesiæ papa. Lijj. anno à Pe-
tro Apostolorum pontificumq; præsule. Cccc-
lxxxv. sessionis eius annus, Theodorico rege pro-
Arrianorum suorum cæremonijs reparandis labo-
rante, solus duntaxat Romanorum sibi decessorū,
urbe digressus Constantinopolim uenit, miro ho-
nore resumptus est. Dexter dextro ecclesiæ inse-
dit solio, diēq; Domini nostri resurrectionis plena
uocē Romanis precibus cœlebrauit.

Indict.iiij.Olybrio solo Cos.

Totam Antiochiam Syriae ciuitatem repens
inter prandentium ora terræmotus inuasit,
alioquin occiduam urbis magnamq; eius partem,
sinistris mox uentis ubiq; flantibus, flammisq;
co-
quinarum pro tempore estuantes ruentia in ædifi-
cia miscentibus, duplex torridumq; exitium impor-
tauit. Euphrasiū quoq; loci huius urbis episcopum
adempto eius capite, combusto simul obruit sepul-
chro, obelisco Circi inuerso & humi desesso.

Indict.

CHRONICON.

57

Indict.v.Mabortio solo Cos.

Anno Regiae urbis conditae Cxcvij. Iustinus im Aliud exē
perator Iustinianum ex sorore sua nepotem plar addū
iamdudum à se nobilissimum designatum regni quo M.
que sui successorem creavit Cal. Aprilis, ipse uero
quarto ab hoc mense uita deceſſit, annis imperatis
ix. mensibus ij.

Indict.vi.Iustiniano Aug.solo
Cos.

Anno Regiae urbis conditae MCxcvij. regium
uestibulum, priscumq; in eo solium obſpicien-
da probandaq; in Circo certamina ſtructum, uictor
Iustinianus princeps, eminētius clariorusq; quam fue-
rat, & utramq; Senatorum ex more ſpectantium
porticam ſolita magnanimitate redintegravit, bo-
nis quidem agitatoribus p̄r̄mium, ignauis autem
ſeueritatem innuens.

Indict.vij.Deditio solo Cos.

Indict.vij.Lampadio & Oreste Coss.

Mundo Illyricane militie duſtor utriusque,
dudum quidem Getis Illyricum inaurrenti-
bus

58 MARCELLINI COMITIS

bus primus omnium Romanorum ducum incubuit,
eosq; haud paucis ipsorū interemptis fugauit. His
autem deinde Coss. idem diu audacia sua secundus
in Thraciam quoq; aduolans, prædantes eam Bul-
garos feliciore pugna æcidit, quingentis eorum in
prælio trucidatis.

Indict. ix. PC. Lampadio & Oreste
Coss.

H Is Coss. Codex Iustiniani, orbi promulgatus
fest.

Indict. x. item PC. Lampadio &
Oreste Coss.

H Ypatius, Pompeius, & Probus genere con-
sobrini, Diuīq; Anastasij nepotes, imperium
quod sibi singuli indigna ambitione exoptantes,
Idib. Ianua. iam plerisq; nobilium coniuratis, om-
niq; seditionum turba armis donisq; ministra-
tis illecta, dolis inuadere tentauerunt, atque per
quinque continuos dies urbem Regiam rapinis, fer-
ro, igne q; per sceleratos ciues sine aerto interre-
ge discursantes hostili impietate ipsi se fideles reip.
in palatio dissimulantes, depopulati sunt. Quinta
uerò huius infandi sceleris die dum de foro Hy-
patius

patius scelerorum Comitatum manibus torque
redimitus aureo, & Pompeius Comes sua sub ueste
loricatus ad inuadendum tenendumq; ascendunt pa-
latium, uterque eorum ante fores palatiū captus
est, statimq; pīssimi principis nostri nutu cate-
natus trucidatusq; poenas luit, & ante imperium
perdidit quām haberet, innumeris pāsim in Circo
populis trucidatis & tyrannorum socijs continuo
proscriptis.

Indict. xi. Iustiniano. iij.

Cos.

Post diuturnum inmanemq; laborem contra
Mēdos Romanis gestum sudoribus, tandem
per Rufinum patritium perq; Hermogeniem ma-
gistrum officiorum, utrumque legatum à princi-
pe nostro missum, pax cum Parthis depacta est.
Sponsonem percussi foederis ab utroque impera-
tore, inuicem sibi munera in concordiam missa se-
cuta sunt.

Indict. xii. Iustiniano Aug. iiiij. et

Paulino Coss.

Provincia Afriča que in diuisione orbis ter-
rarum à plerisq; in parte tertia posita est, uo-
lente

60 MARC. COM. CHRONIC.

lente Deo vindicata est. Carthago quoque ciuitas
eius anno excessioneis sue xcvi. pulsis deuictisque
Galime Vuandalis, & Gelimero rege eorum capto, &
Constantinopolim missa, quarto Iustiniani
principis Consulatu ipsius moder-
tione recepta est, suaq; cum patria
firmius quam dudum fuerat,
redintegrata.

FINIS CHRONICI V. C.
MARCELLINI COMITIS.

RONIC,
o quoque ciui
ulfis devictisque
rum capto, G
o Iustiniani
oderat
atria
at

V. C.
TIS.



59

torque
b ueste
lunt pa
captus
u cate-
perium
a Circo
ontinuo

contra
tandem
em ma-
princi-
a est.
mpera-
nissa se-

bis ter-
est,uo-
lente

490

Patch Reference Chart TE263 Serial No.

the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference numbers on UTT

mm Inch

0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.